



14470


III Mca. St. Dr. P

*Præsentatio Stanisłai: Applanensius gratulatorius.*

PANEG. et VITAE

Polon. Fol.

N<sup>o</sup>. 510.



# APPLAVSVS GRATVLATORIVS.

Quem

Camœnæ, & Charites

*PERILLVSTRI, Clarissimo, & Admod. Rúdo Domino Dño.*

M. ANDREÆ KVCHARSKI

Sacræ Theologiæ Doctori & Profes-  
sori, Collegæ Maiori, S. Floriani & Ecclesiæ Ca-  
thedralis Cracou. Canonico Electo, Contubernii  
Hierosolymitani Prouisorum instituerunt.

Dum Sub felicissimis auspiciis

*Magnifici, Clarissimi, & Excellentissimi Domini Dñi.*

M. FRANCISCI ROLINSKI.

Philosophiæ, & Medicinæ Doctores, & Professoris,  
Consulis, & Studii Almæ Vniuersitatis Cracouensis

GENERALIS RECTORIS

longè Vigilantissimi.

Pro loco inter Sacræ THEOLOGIÆ DOCTORES  
in Celeberrima Vniuersitate Crac. obtinendo, Quæstionē  
grauissimam & difficillimam de Prædestinatione in Theologico

*BIBL. D. D. M.*  
D. VLADISLAI IAGELLONIS ARCHILYCEO  
proponeret.

A

M. STANISLAO SLACHETKA Leopoliens.

Collegæ Minore, ac Ordinario Eloquentiæ Professore, cultus debiti &  
obseruantie causa Senecianis expressus metris.

Anno labentis à Christo sæculi M. DC. LVII. Mensē Ianuar. Die 3, Hora 15,

CRACOVIAE,

*604*  
In Officina Viduæ Lucae Kupis̄ S. R. M. Typ.



*D Solennem Actus Tui celebrationem Perillustr. & Admod: Rñde Domine, mea quoq; exilis Eloquentia unã cum CAMOENIS, & CHARITibus properavit. Admittes eam ad iucundissimum conspectum, incomptam sereno excipies vultu, gratiã fovebis, quia Gratus & Musis litasti. Addebat eidem stimulos, & quasi tergiuersartem incitabat, Tua insignis Eruditio, ut clarissimis Sapiëntie Tuae incensa radius, illustrius reluceret, urgebat gratitudo, ut debitum Virtuti & Honori obseruatiẽ tributum, ac propensionis redderet argumentum. Sequitur hoc in passu doctrinam D. Thoma Doctoris Angelici asseruerantis: ad gratitudinem tria requiri, primo quod homo recognoscat beneficium acceptum: secundo, quod laudet & gratias agat: tertio quod retribuatur loco & tempore secundum suam facultatem. Fateor ego ingenue me luculenta affectus Tui beneuoli expertum fuisse iudicia, cum primam limina Academia salutãram, agnouisse cãdorem, gratiam, & beneuolentiã paternã. Colã hæc propõsi in me affectus monumẽta memoriã sempiternã, non tantum dum animã spirabo meã, sed etiam cum mortuo eadem permanebũt. Quantam autem laudum Apotheosim præclara Eruditio Tua mereatur, quilibet hominum, etiam iniquus rerũ estimator in præconium uocabit. Ex quo enim duplici laurea Philosophica honestamẽto decoratus es in Celeb. Vniuersit. Crac. protinus omnes curas, & cogitationes in profectum tuentutis Polonia contulisti. Nihil enim ad sapiëntiã properãti accidere felicis potest, quã quã facem præferat ad cognitionem Doctoris institutio Sapiëntissimi. Ingressus Collegium Minus, non subterfugisti labores, Spartã onerosã Cursus Philosophici bis suscepisti, Decanales labores, aliãq; grauisima in Acad: munera promptissimẽ sustinuisti. Intraisti inclytum Collegium Maius quã feliciter & constanter in laborioso desudaueris Philosophorum stadio, testes sunt vel ipsi Theologia Professores. Vidit Illustr: ac Magnificus D. MARTINVS KALINOVSKI Palatinus, ac Generalis Czernichou:ã insignes animi Tui dotes, atq; Te ad institutionem Filii SAMVELIS pertraxit. Probauit Sarmaticus ille Pericles Georgius OSSOLINSKI Supremus Regni Polonia Cancellarius genium Tuum, statim Te Sereniss:mo ac Inuictissimo VLADISLAO IV. Regi Poloniae commendauit & custodiã Regii The-sauri obtulit. Spectarunt illustrissimi LANCKORONSCII, variãq; Roxolania Magnates tuã prudentiã & laudibus & amore prosecuti sunt. Sileo reliqua laborũ decora eruditã Orationes, illud exemplar Optimi Patriã Cuius & Vigilantis: Ecclesiã Pastoris, quod in exequiis Illustr: IACOBI ZADZIK, è Cathedrã exhibuisti, mitto lampades ardentis charitatis, aliãq; opera alieno titulo decorata, prætereo in Comitii Generalibus Varsauien: creberrima Legationis munera pro Vniuersitate suscepta. Hac præterire non possum Te felicissimẽ de Inuidia triumphasse, cum violenta manus rapuit custodiã. In illa autem Regia Ciuitate Sandecensi, quã natura munuit rupibus, rapidissimo fluuio Donaiecio sepsit, ciuibus ad Martem natis instruxit quã primo Suecum exterminauit, hostiles imp:tus feliciter repressit in illa tanquam altero Minoris Polonia Cameneco S Thoma Theologiam interpericula non modo legebas, verum etiam in synopsis quotidie redigebas. Sed ne longior sim, frue-re jam Clarissime Dñe Doctor tuo isto tam excellenti bono, Te nempe eum esse, cui Virtus & doctrina admirabil: in quãdam apud omnes existimationem & amorem concitauit. Viue longissimos annos in columnis, Syncharma gratulatorium suscipe, me autem affectu complectere: illud Tibi Honoratianum in hoc felicẽ ad nouã honoris dignitatem ingressu, epos letissimẽ ocino:*

*libone quo Virtus Tua te vocat, ipede fausto Grandia laturus meritorum præmiã, quid stas?*

## APPLAVSVS CAMOENARVM.

Clio. **O**Celle Phœbi, Gratiarum corculum,  
Suadæ voluptas, & Sophorū gemmula  
Integritatis gemmeæ gratum jubar,  
Et dulce candoris columbini decus,  
Cur non capeſſis præmium meritis Tuis  
Ampliſſimis pridem, & labori debitum?  
Forſan neſtaſtus obſtruit liuor vias,  
Virtus inacceſſum tamen ſcâdet iugum.

Melpome. **T**e clara Pietas, & Themis candida vocant  
Ad laureatæ gloriæ faſtigium,  
Monſtrantq; fulgidas honorum laureas  
Virtutis ornamenta præſtantiſſima  
Ibis KVCHARSKI per ſalebras arduas,  
Felixq; gaudebis oneratus præmiis.

Thalia. **Q**uis non ſtupeſcat perſpicacis vim ingeniū  
Prudentiam, lumenq; Iudicii Tui  
Quod actiones turbidas rerum, velut  
Nubes opacas ſolis inſtar lucidi  
Depurat, illuſtrat, ſerenat ſuauiſter  
Hac diſſipabis inquietos turbines  
Caligineſq; nubilas Rhamnufidis,

Euterpe. **E**xcelſa Fortitudo præſtò tibi comes,  
Quam nec feroces Aeoli frangunt minæ  
Nec vexat acris Herculis potentia  
Aut ira vaſtorum Gigantum deprimit,  
Palmâ virêtē Docte Kucharski exprimis,  
Non illa cedit oneribus, ſed quò magis  
Præmitur, eò altiùs caput palma exerit:  
Sic tuus animus inuictus haud cedit fero  
Liuoris imperio, vel inſtabili Deæ.

Terpſicho. **M**entis pudicæ candor ingenuus ſine  
Colore, ceruſſis tuum cor incolit,  
Cunctiſq; Te reddit viris amabilem,  
Hoc pectus expugnabis indomitū, ferox  
Hoc pertrahes animos ad inſtar Ogmii  
Herculis, ab ore cuius aurèi compedes  
Paſſim fluebant, hoc fugabis ſubdolos.

Erato.

Erato

Affabili Te comitate nobilis

Virtus beavit Clare KVCHARSKI simul  
Grauitate maturâ & decoris moribus  
Ornauit, hâc Lechici Optimates laudib9  
Summis celebrârunt, amârunt candidè.

Calliope, Exosculor Tuam Fidem, Modestiam

Admiror insignem, stupeo concordiam  
Phoenicis instar in viris Doctissimis  
Rarissimâ, insolitâ rogatos quos vides  
Pax inter istos nulla, floret, alter in  
Alterius exitium leui compendio  
Ducitur, acutus Seneca sic canit Sophus

Vrania.

Obscura veritatis altâ mente iam

Abdita penetrâsti, recessus conditos  
Naturæ aperuisti sagax, incendia  
Illustriorum syderum satellite  
Formosa noctiluco, & ipsam fulgidi  
In luce Titanis superbiam, & faces  
Scrutatus es nitidum ô Professorû decus.

Polyhym.

Vltima Camœnarum coronam termino,

Felicitates apprecor cunctas tibi,  
Nunquam tacebo pectoris Tui indolem  
Nunquam recondâ maximis laboribus  
Lauros adeptas, sed videbunt sæcula  
Virtutis, & Sapientiæ decora Tuæ,  
Ascende sublimem cathedram Candide  
Doctor, diuq; lætus intersis Tuis.

Applausus  
Charitum,

Aglaiâ.

Viue formosos sine nube toles  
Clare KVCHARSKI tibi blandienti  
Seruiat vultu Dea, quæ globo so  
Ludit in orbe.

Thalia.

Dum velut Phoenix nouus annus orbi  
Natus est, signa nitido lapillo  
Plurimos annos, numerâ Sibyllæ  
Tempora longa.

Euphros.

Aureus Ganges tibi voluat horas  
Aureas, Numen tibi det salutem,  
Huncq; sub patrociniû Clientem  
Suscipe quæso.

BIBLIOTH. UNIV.



SABELLONICAE



Biblioteka Jagiellońska



stdr0016868

